

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verbum c
cum fonte primo

Quid nobis plus esse uidetur, uerbum
Dei aut corpus Christi? Si uultis uerum
respondere, hoc utique dicere debetis:
quod non sit minus uerbum Dei quam
corpus Christi, et ideo

non minus reus qui uerbum
Dei negligentur audiuerit quam
ille qui corpus Christi in
terram negligencia sua cadere permiserit.

Augustinus in quodam sermone.

Interrogo vos, fratres vel sorores, dicite
mihi,

quid vobis plus esse videtur, uerbum
dei, an corpus Christi? Si uultis uerum
respondere, hoc utique dicere debetis,
quod non sit minus uerbum dei quam
corpus Christi. Et ideo

quanta sollicitudine observamus, quando
nobis corpus Christi ministratur, ut nihil
ex ipso de nostris manibus in terram
cadat; tanta sollicitudine observemus, ne
uerbum dei, quod nobis erogatur, dum
aliud aut cogitamus aut loquimur, de
corde nostro depereat: quia

non minus reus erit, qui uerbum
dei negligentur audierit, quam
ille qui corpus Christi in
terram cadere negligencia sua permiserit.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 78.2
(CCSL 103, G. Morin ed., pp.323-4).